

quantum tangunt eum, plus quam aliquis<sup>288</sup> famelicus de suavissimis dapi-  
bus, nec unquam expiravit à corde suo tristitia quosque percepit quod aliqui  
dicebant eum esse fantasticum, alii seductorem, alii phitonistam, alii vero  
yocoritam, non nulli hereticum, quidam vero heresiarcam.<sup>289</sup>

»Non solum autem confirmare vos debet in fide evangelii quod Deus jam  
fecit in negligentibus denuntiationem, set etiam quod securus est infra<sup>290</sup>  
triennium a novembri transacto et quia<sup>291</sup> vita mee durationem ignoro: prop-  
tero pando vobis quod inde scio et vos scribatis ut sit vobis memoriale si  
contingat me prius obire quam illa eveniant: scio enim quod Deus tercio fa-  
ciet predicta denunciare. Sedi Apostolice, set per quem aut ubi vel quando  
determinate ignoro, quia non est mihi indicatum, set hec notate quod dicam.<sup>292</sup> Si<sup>293</sup> denuntiationem suscepit et in zelo Moysi et Finees<sup>294</sup> prose-  
quatur, ea decorabitur<sup>295</sup> per divinam potentiam omnibus sublimibus anti-  
quis et novis. Si vero neclixerit, certus<sup>296</sup> sitis quod Deus intra<sup>297</sup> predictum  
triennium faciet in ea terribilissima iudicia ut sint orientalibus et occidentalibus  
ad stuporem et qualia dicam vobis ante recessum meum in speciali;<sup>298</sup> nunc autem si placet certificate me de vestro proposito quia<sup>299</sup> ego non  
possem tolerare quod hic vel alibi essem vagus ullo modo.

»Tunc respondit rex<sup>300</sup>: postquam Deus per vestra verba tanclare nos  
illustravit<sup>301</sup>, firmiter proponimus vivere in Statu nostro secundum regulam  
evangelii, et exponere nos morti pro gloria Salvatoris, et cunctos volentes in  
observancia veritatis evangelice vivere diligenter, fovere ac sustentare, nec  
non protegere paternam custodię. Ego autem replicavi: scribatis igitur in<sup>302</sup>  
vulgari vestro totum processum quem cogitastis<sup>303</sup> circa cultum evangelii  
observare et substantiam illius insinuationis quam vultis facere regi Arago-  
num fratri vestro, et faciemus ambo juxta seriem vestri vulgaris in latinum  
converti, ut ego certificatus particulariter de plenitudine cogitatus et propo-  
siti vestri, possim festinare ad fratrem vestrum, maxime quia nunc nuncipio  
speciale<sup>304</sup> cum litteris suis<sup>305</sup> nunc misitad me rogans et monens in Christo  
affectuose quod priusquam vadat in regnum Granate videam eum. Rex autem,  
hiis<sup>306</sup> auditis, traxit se in solitudinem et scripsit predicta in suo vul-  
gari et ecce qualiter per literam suam alloquitur fratrem suum.»

## II.—CARTA DE D. FADRIQUE DE SICILIA Á SU HERMANO D. JÁIME II DE ARAGON SOBRE LOS PROYECTOS REFORMISTAS DE ARNALDO

«Fraternitatē vestrā notificamus, quod inter caetera beneficia pietatis di-  
vine, hoc perceperimus esse notabile, quod interdum privata meditatione ac  
multum attenta, cor nostrum morose applicuimus ad contemplandam dis-  
tantiam vel differentiam temporalis hominum durationis ad aeternam. Quod

<sup>288.</sup> Falta: aliquis. <sup>289.</sup> Falta: quidam vero heresiarcam. <sup>290.</sup> Est infra. <sup>291.</sup> Falta deside  
et quia hasta illa eveniant. <sup>292.</sup> Falta: set hec notate quod dicam. <sup>293.</sup> Et si. <sup>294.</sup> Phineos.  
<sup>295.</sup> Eam decorabit. <sup>296.</sup> Cert. <sup>297.</sup> Infra. <sup>298.</sup> Spirituali. <sup>299.</sup> Pro ex petitione mea.  
<sup>300.</sup> Rex Fredericus. <sup>301.</sup> Illuminavit. <sup>302.</sup> Tantum. <sup>303.</sup> Cogitatis. <sup>304.</sup> Spirituali.  
<sup>305.</sup> His cum suis. <sup>306.</sup> Predictis.

enim de illo statu qui fine caret, nullam habemus experientiam, sed id  
quod nobis innuit, sola fide suscipimus et tenemus, cogebamus diutius  
convertere animum ad experta, scilicet ad contemplandum circumstantias  
temporalis vitae sive durationis. Et cum in animo quotidiana experientia  
colligeremus, absque ulla dubitate cognovimus, quod nulla stultitia potest  
esse major in homine, maxime christiano, quam sollicitari pro iis exequen-  
dis et acquirendis, quae ad vitam solam convenient temporalem, magis quam  
pro iis que ad vivendum aeternitatem spectant. Claro etiam iudicio vidimus,  
quod talis homo per actum suum sollicititudinis se transformat in brutum, cum  
illud praecepit sequatur quod sensualitas appetit, et id quod est rationis et  
intellexus negligit et postponit. Etenim certus est unusquisque quod tempo-  
ralis duratio vitae valde brevis existit, cum infra aetatem unius hominis  
finiatur, nec sit allicui certum qua parte humanae aetatis habebit finem.  
Cum his etiam est certissimum, quod nullus rei temporalis privilegio poterit  
mortem evadere vel de tempore mortis certificari, quia nec genus, nec  
regnum, aut aliqua mundana potentia, nec pecuniae nec vel thesauri seu  
quaecunque divitiae, nec aliqua prosperitas domus aut corporis potest vel  
hominem immortalem facere vel de mortis hora vel anno certificare: sed  
supra omnia certus est, quod ab omnibus temporalibus taliter aliquando se-  
parabit, quod nunquam redibit ad usum eorum, nec etiam ipsa bona un-  
quam sequentur eum. Quibus diligenter consideratis, et attendentes quod ad  
comparationem status interminabilis, vita unius hominis multo minor incomparabiliter est quam sit una dies, et quod tota felicitas temporalis est  
tanquam ludus, in quo rex vel episcopus ludentium evanescit in una die,  
absque nube cognovimus, quod cum quilibet christianus certificetur perfidem catholicam quod Dominus Iesus Christus est veritas, et quod solum  
ipse potest hominibus exhibere felicitatem interminabilis vitae, sitque  
promptus eam exhibere servitoribus suis, non solum infelix est christianus,  
sed etiam omni stulto solidior, si non ponat sollicitudinem suea temporalis  
durationis in obsequiis Christi: sic scilicet quod secundum statum et gra-  
dum suum potius intendat procurare quaecunque ad ipsius laudem perti-  
nent et honorem quam quea ad felicitatem temporalem personae propriae  
vel suorum. Idcirco deliberavimus, quod ex nunc totum vitae nostro res-  
iduum expendamus in eius obsequiis, procurando quod ab hominibus lau-  
detur, ametur et honoretur. Cum autem nullus ametur et honoretur per ea  
qua flunt ei contraria, et ipse (sic ut didicimus a sancta matre Ecclesia) sit  
veritas et iusticia et Pax et misericordia, proponimus ad cultum istarum  
virtutum diligenter intendere, ac earum contraria, prout poterimus, evitare.  
Unde quia vanitas veritati contrariatur, quicquid tantum servit cultui vani-  
tatis abscondere volumus amore ipsius, non solum a persona nostra, sed insuper a domesticis et subditis nostris, prout ratio limitabit, tam catholica quam  
humana: iniusticiam vero et iniuriam sive crudelitatem ac inquietudinem  
amicorum Christi semper horrende conabimur evitare. Quia vero Dominus  
noster Iesus Christus taliter et tantum dilexit suos, quod acerbissime morti  
se ipsum exposuit: non videtur nobis quod eius amori correspondemus  
obsequio debito, nisi periculis mortis pro laude et honore ipsius nosmetipsos  
exponeremus, prout ipse fecit pro nostra salute. Nam si nostro iudicio veli-  
mus attendere, quantus et qualis erat ipse qui pro nobis elegit mori, procul-

dubio cognosceremus quod si millesies moreremur pro laude ipsius, summe iustum existeret; et quod iniusticiam abominabilem ingratisudinis colimus, quando et quoties vitae carnalis delicias quaerimus, et pro ipsius laude et gloria nedum mori, sed etiam sumptibus et laboribus affici recusamus. Attempnus etiam quod, cum ipse pro nobis peregrinus exiterit, veniendo ad regiorem mortis, dubitanter is Christiani nomen usurpat et falso dicitur Christianus, qui peregrinari pro Christi gloria negligat, et incolatum eligat terreni thalami et virgulti. Quae omnia vobis idcirco in parte sic exprimere studiimus nunc, ut nobismetipis necessitatem aliquam imponamus ad laborandum pro Christi gloria dilatanda. Quoniam autem excellentia Regis Catholicus obligat ex aequitate iusticiae supradictae, non solum in subditis suis Christi gloriam dilatare, sed etiam in extraneis, et cognoscimus quod non est vera Catholicus si ad exterminandam Christi contumeliam non ferreat incessanter, tam in alienis populis, quam in suo, propterea zelum istum in nobismetipis accendere studiose intendimus et exoptamus quod in nobis inter Reges caeteros Catholicos accendantur, ut sit ambobus amarus morte, quod blasphemi- Salvatoris nostri sepulchrum eius possident in ipsius contumeliam atque servitutem ignominiosam omnium constituent nomen eius. Nam cum vinculum carnis et sanguinis non sit aliud in suspectu Dei quam quadam dispositio et introitus ad unione spiritualem, ardenter optamus quod nos ambo, quos identitas generantur carnaliter fecit esse germanos, per devotum et splendidum obsequium patrii aeterni germanitatis aeternae gaudia consequantr; et fraternitas, quae per carnis resolutionem expirat, unionem (*sic, por unione*) spirituum in amore coelestis agni vivat aeternaliter cum eodem. Idcirco vobis, quem habemus caeteris mortalibus chariorem, volentes plenissime intimare tam desiderium quam propositum nostrum ad currendum nobiscum tam opere quam effectu valde materialiter, ut laicis convenit, expressimus antedicta. Nihilominus ad pleniorum informationem vestrae prudentiae, tam de particularibus nostri propositi, ac ordinationibus super predictis, mittimus ad vos personam nobis unanimi in predictis. Quapropter requirimus et rogamus vestram fraternitatem et ea part Domini nostri Iesu Christi fraterna dilectione monemus, quatenus animo et viribus universi velitis huiusmodi unionis esse non solum pars altera, sed etiam pater et artifex: taliter, ut quaecunque vestrae prudentiae videbuntur dictae intentioni accommodata, vel forte magis expediens quam quae per nos fuerint excogitata, nobis tam literis quam numeris intimes. Praeterea quia Catholicorum tam desideria quam opera debent semper in lumine ac splendorc sanctar matris Ecclesiae consummari, ut directionis eius et beneficiorum operibus educati promoveantur, rursus requirimus et rogamus quatenus maturo consilio deliberetis et ordinetis quando et qualiter dictae matri notificetur tota veritas nostrae sollicitudinis et affectus et de supplicationibus quas expediat et deceat fieri apud eam.»

## III.—RESPUESTA DE D. JÁIME II

«Illustri ac magnifico principi, regi Friderico tertio, clarissimo fratri nostro, Iacobus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae, Sardinae et Corsicae Sardiniae, comesque Barchinonae ac S. Romanae Ecclesiae vexillarius Admiralus ac Capitanus generalis, fraternae intimeque dilectionis plenitudinem cum salute. Laudamus Dominum de coelis et benedicimus nomini Sancto eius. Et quas digne non possumus (cum creatura non habeat quod pro meritis aequaliter respondet creatori) in humilitate altissimo gratiarum excoluimus actiones, qui in vobis et nobis nostris temporibus operari misericordiam et aperire mentis oculos, propulsa caligine, dignatus est. Suscepimus autem, clarissime frater, eximiae prudentiae virum, et vitac probatae M. Arnoldum de Villa nova, quem novis gratiis spiritualibus insignitum, de vobis ad nos ab illis partibus venientem, qui et nobis literas vestras obtulit, ac ex vestra parte scripta per vos non humana provisione, sed divino instinctu condita pretantavt, nosque etiam de singulis, que commisistis eidem, per seriem informavit. Quibus lectis et perfectis, ac memoriae intellectualiter commendatis, nos tanti et tam laudabilis ac utilis operis ordinatione stuentes, divinae bonitatis clementia sublebat, corque nostrum firmavit, ut horum omnium intelligentiam caperemus. Ex quibus post stuporem et laeticiam cordis ac gaudi immensitatemp sumptibus: conscientes hoc vos velle ad hocque ferventi desiderio aspirare Spiritus Sancti flamine inspiratum, quod postpositis huiusmodi finibilibus et fallabilibus terrena vita deliciis, quae digne deberent dolores ac amaritudines appellari, deliberatas eximiae vita vestrae residuum in obsequium expendere Iesu Christi, creatoris humani generis et misericordia redemptoris, et ea agere per quae nomen eius, quod supra omne nomen describitur, laudetur a gentibus sequentibus vias suas, et quod exterminent populi illius virtutum sanctissimi nominis blasphemantes. Ad quae etiam tam nos specialiter quam alios Christianos, Christum coientes Dominum, doctrina misericordia in dictis vestris scripta commendabiliter invitatis, formamque traditis divinam servitum et acquisitionem coelestis glorie inducentem. Charissimam itaque fraternitatem vestram nolumus ignorare, quod, visis dictae doctrinae vestrae capitulis, et nobis antefato Magistro Arnaldo tam ea quam vestrum finem et laudabile propositum exponente, tanto fuimus in divinis obsequiis animosius excitati, quanto manifestius vidimus hoc a Deo non ab homine processisse, nosque et vos et alii ambulantes per hec profecto sumus promeritis aeterna gaudia feliciter recepti; siveque, frater, vestris requisitionibus, rogationibus et monitionibus animosa voluntate faventes, proposuimus esse in unione vobiscum et animo et viribus universis per executionem operis et negotii praedictorum, non solum etiam ut pars altera, sed ut pater et artifex ac promotor, prout nobis (sicut ferventes appetimus) praestiterit ipse Deus; itaque et nunc et in perpetuum ad gloriam Dei et promotionem Evangelicae veritatis, ad quam coelestis inspiratio signavit, nihil proprium, sed commune vobiscum habere intendimus, ut uni-

tas voluntatis et spiritus in ambobus fratribus representet in cunctis nostris successoribus vestigia Salvatoris, et id quod orando pro suis effudit ad patrem dicens, ut sint unum sicut et nos, semper in nobis lucet coram hominibus ad laudem ipsius. Namque, charissime frater, in quibusdam capitulis praemissi operis quasdam dealamationes seu additiones fecimus, prout vide-re poteritis, sicut nobis altissimum ministrait in Christo, firmam spem ac indubitabilem fiduciam obtinentes, quod quia tam nobile iam promovit principium, prosecutur id felicis et fine feliciori concludet. Scitote autem quod iam circa haec Rex regnantium copit mirabiliter operari. Etenim tempore quo vos Deus ad praemissa sua pietate vocavit ac coelitus inspiravit, nos a simili ad suum servitium, qui sub mundanis sollicitudinibus dormitabamus, ad exaltationem sue sanctae catholicae fidei et depressionem sectarum Mahometicae eodem tempore excitavit: adeo quod ad depressionem et eradicationem Sarazenorum foedite nationis, in ceterioris Hispaniae partibus existentes, una cum magnifico principe rege Castelle, communis consanguineo, votis suis et nostris unani miter concordatis, iam actu extendimus vires nostras. Super praemissa autem omnibus et singulis prescriptis M. Arnoldus viva voce ac scriptis suis de intentione ac nostro proposito, frater vester (*sic*), clarissi informabit. Vos preterea, charissime frater, vestrum huiusmodi propositum virtute constantiae proseguamini continuus actibus ac viriliter et perseveranter confirmetis, verbum evangelicum intuentes, quod Salvator mundi sic protulit: Nemo mittens manum ad aratum et respiciens retro aptus est regno Dei. Sane expeditis (agente illo, cuius negotium agitur) depressionis et eradicationis prescriptae foeditate gentis negotio, quorum extitum cum Dei gratia felicem expectamus et proximum: confidentes in illo qui cuncta bona opera promovet ac prosecutur, et finis prosperitate concidunt: tenemus firmiter, quod idem taliter ordinabit, quod nos et vos conveniemus in unum, receptis mutuae visionis gaudis, et ad effectum praescripti sancti operis effectuiter procedemus, sciri nos omnia (*sic*) novam in nostris cogitationibus invenisse. Quam credimus ad promotionem et prosperitatem domus vestrae et vestri huiusmodi laudabilis desiderii profuturam, et multum fructuosam, quod nulli viventi preterquam dicto Magistro Arnoldo expressimus: ob quam causam cendum in his partibus aliquandiu deliberavimus retinendum. Qui, ex quo praedictae viae negotium in certo tenebimus, in cuius tractatu personas quasdam in curia Romana vel circiter existentes, utiles et necessarias expectamus, vestram adibis praesentiam et omnia vestris sensibus clarius et perfectius intimabit. Denique de statu vestro, quem Dominus iugiter faciat prosperum, affectantes plurimum informari, vestram fraternalitate mentali affectione depositimus inde nos nunc et saepius infor-metis: nostrum autem vobis felicem esse ac prosperum, actrice divina misericordia, presentibus nunciamus. Datum Barchinonae, 3 idus Iunii anno 1309<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Estas cartas se leen al fin de la *Interpretacion de los sueños* en la edición de Francowitz, pero no en el manuscrito del Archivo de la Corona de Aragón, donde se halla en su lugar la epístola catalana que trasladaremos luego (N. VI).

#### IV.—PROTESTA DE ARNALDO DE VILANOVA ANTE EL REY DE FRANCIA FELIPE EL HERMOSO, CONTRA EL OFICIAL Y LOS TEÓLOGOS PARISIENSES

«Qoram vobis serenissimo principum orbis terre, domino rege Franco-  
rum, Ego magister A. dictus de nova villa, non ut Arnaldus sed ut nuncius  
inclytis (*sic*) principis et illustris consanguinei vestri regis Aragonie, propono  
atque notifico quod postquam a vobis licenciam redeundi ad eum recepissetem  
in Betausei<sup>1</sup>, et die sabbati mane post festum beati Thome dispositissim iter  
meum arriperis versus episcopum Tholosanum cum littera vestri mandati ad  
ipsum propter commisionem eidem in parte factam super negotiis per-  
tinentibus ad meam legacionem, die precedenti in sero parisenstis officialis  
prodicitioner me fecit vocari quia per clericum suum afferentem non man-  
datum presidis ymo preces cum geno flexo quod irem ad ipsum quoniam  
me indigebat; et cum ivissem ad reverenciam et ex honestate meque blandis  
et sophistis verbis detinuissest usque ad involutum noctis. Postmodum me  
reclamantis verbis detinuissest usque ad involutum noctis. Postmodum me  
reclamantis quod nuncius ad vos eram et non fugitiivus, retinuit cum equi-  
taturis meis, non obstantibus requisitione et testimonio reverendissimi patris  
archiepiscopi Narbonensis factis eadem nocte per nuncium eius, ne sequen-  
tie voluit me nullatenus relaxare, nisi prestite fidei füssoria caucione sub  
gravi pena trium militum librarium, presentibus et pro me fide iubentibus  
domino Amalrico, vicecomite Narbonensi, et domino C. de Nogareto et do-  
mino Alphino de Narma et pluribus aliis, nullamque caussam mee capcionis  
ataque detencionis pretendit nisi quia quatuor aut quinque magistri in theo-  
logia, ut asserebat, denunciaverant ei quod ego in quadam libello de adven-  
ta antichristi scirpsoram (*sic*) quedam contra fidem et quedam contra evan-  
gelium, in cuius cause assignacione veritas probat ipsum fuisse mendacem  
eventibus subsecutis et infallibili iudicio rationis: eventibus quidem, quia  
postmodum omnes et singuli de collegio magistrorum, eo presente ac mul-  
tis aliis, illud dixisse taliter negaverunt, non solum verbo sed etiam facto,  
nam presentibus reverendo patre archiepiscopo Narbonensi et discreto viro  
archidiachono Algie et nobilissi viri domino Almalrico, vicecomite Nar-  
bonensi et domino C. de Nogareto et domino Symone de Marcay, militibus  
vestris, et domino Alphino de Narma, clero vestro, et ipso officiali Par-  
isiensi et pluribus aliis, totum collegium supradictum concorditer fecit legi  
notulos quos in opere meo notaverat impugnandos coram episcopo Parisien-  
si et per eundem episcopum fecit pronunciari dampnandos, non ut erroneos,  
sed ut temerarie assertos, de quibus exstat publicum instrumentum. Cum  
igitur magistri collegii supradicti palam assuerint cum sollempni processu  
quod dicta et contenta in opere supradicto non sunt erronea, patet officia-  
lem esse mendacem qui assertit clam denunciassese quod in eo contenta erant  
contra fidem aut ewangelium, quia quicquid est contra fidem et ewangeli-  
cam veritatem est omnino erroneum. Claret etiam iudicio rationis quod of-

<sup>1</sup> Bécoise, en la provincia de Brie.

ficialis fuerit mendax et fictus in asserione predicta, nam reales ac veri in theologia magistri sicut radii splendidi Iesu Christi ceteri fidelibus superlument sanctitate, iure et sublimitate scientie, quorum neutrum fuisse constat in illis quos officialis predictus fingit sibi denunciasse mendacia supradicta, nam qui ceteris eminent sanctitate vite, scandalum non ponunt nec suscitanti adversus filium matris sue, nec murmur latebroso mendacia seminant contra fratrem nec sedent in insidiis cum ditibus et occultis ut interficiant innocentem. Qui vero scientie fulgore superant alios non clam impugnat vel mordent aliqua dicta sed gladio rationis expresse conscribentes iudicium, silere cogunt imperite loquentem. In proposito vero nondum apparuit aliquis inchoans vel attemptans rationibus scriptis palam vel publice dictum opusculum impugnare. Patet igitur ex predictis quod illi denunciatores contra me quos fingit officialis non fuerunt in theologia magistri sed ypriote (*sic*) procul dubio, tristes de gratia quam mihi Dei beginnitis imperfitterit, successores phariseorum qui Christum impura livoris inuidia malicia prosequerantur ut nequissimi draconis membra pestifera. Unde cum evidens veritas ipsum officiale ostendit esse mendacem in suo dicto et convincat eundem me supradicto modo cepisse et incarcerasse ex odio vel cupiditate rerum mearum et non ex aliqua causa rationabili sive iusta, constat ipsum esse nimis culpabilem non solum quantum ad iniuriam mihi factam atque quantum ad maculum quam ingressi honori nostro, sed insuper quantum ad vituperium quod regi Aragonie intulit et quantum ad dispendium et dampnum quod dedit eidem impediendo legacionis ad eius negotia pertinentis prosecutionem acommodatis et festinam. Iterum vestre magestati notifico quod cancellarius parisiensis, cui ad preces suas quoddam quaternum meum concesseram ad exemplar, requisitus, requisitus (*sic*) ex parte mea per socium meum in die qua fui detentus per supradictum officialem ut redderet, reddere denegavit nec adhuc redditum, cum tamen ut nuncius ad vos missus requisiverim ex parte vestra quod mihi redderet atque plenam faceret restitutionem et emendam pro santi temporis violenta retencione, protestando quod cum sim nuncius et adhuc in actu legacionis existens non patetur fides vestre protectionis me depredari vel spoliari per aliquem regni vestri: de quibus vobis faciam fidem protinus publico instrumento. Iterum notifico regie magestati quod posse predictam capcionem sive detencionem, collegium magistrorum in theologia parisiensis impedivit execussionem mee legacionis citandome per officiale predictum ad sui presentiam et postmodum traheundo ad presenciam Parisiensis episcopi et cogendo terroribus atque minis me legere cedulam mendosam et abusivam per eos ordinatam et inique atque dolose confectam, me non vocato nec consensu mee deliberationis nullatenus requisito ad ordinacionem et scripcionem illius, ymo cum eam in manu mea cancellarius posuisse, repentina proceperunt clamare quod legarem, et lectis adhiberem consensem: cuius rei veritatem supradicti testes quia fuerunt expriment, saltem iuramento astricti. Nec possunt predicti magistri ostendere rationem qua iusti potuerint predictum processum contra me facere. Nam si dicant, ut tunc dixerunt, quod in opusculo meo de adventu Antichristi asservi aliquia temere, posito quod sic esset, tamen cum assercio temeraria non vergeret in blasphemiam Dei nec in prejudicium vel iniuriam proximi nec in ruinam fidei, non ad presenciam iudicis causarum tra-

hendus eram, sed pocius scolarum, cum ea que sunt pure scolastica, debeant pure scolastice pertractari. Unde cum propter actus pure scolasticos adeunt officiale et episcopum parisiensem ad quod iusticie titulus vel alicuius honestatis urgebat eos, videtur quod in mundo spiritu vexarentur et quod utres eorum vacui forent peculo caritatis et maxime cum asserant falsum. Nam id proprio dicitur asseri falsum quod absque nullo genere probacionis affirmatur pertinet, sed in predicto opusculo nihil asseritur, ut intentibus patet, nisi probabilitas iusta sanum intellectum sacrorum eloquiorum, nec quicquid falsum continet, ut ipsi vel quidam ipsorum dolose fixerunt in cedula sua, nec iuramentis distincti audent asserere quod aliquod falsum vel erroneum in ipso continetur. Patet igitur quod ignorans est atque irrisor vel dolosus qui temerarie dicit asseri que scribunt ibidem, quod ex hoc maxime declaratur quia nullus auderet contrarium eorum que scribuntur ibidem asserere nec posset probare, sed dicens oppositum iudicaret temerarius absolute. Sicut per vos theologos in iudicio clare fiet, nec obstat si dicant quod novitates in opusculo continentur, quoniam novitas ratione suffulta et utilis non est horrenda sed pocius amplectanda. Presertim cum ea que probantur vel asseruntur ibidem non sunt nova in sua radice, cum ex auctoribus sacri volumini extrahantur, et si dicant auctoritates ille noviter exponi secus quam exposuerint precedentes expositores, scire debent quod talis novitas non est inconveniens caritat et fidei non repugnat, ymo testibus sacris expositoribus a Spiritu Sancto, nec est inconveniens aliter nunc exponi quam exposuerint nostri patres, cum ipsa scriptura sacra, supra cuius eloqua predictum opusculum est fundatum, expresse testetur illud, dicendo per Danyelem: clausi sunt signati quia sermones pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia nec omnes intelligent sed docti tantum. Cum igitur scriptura predixerit quod multi expositores transirent per eam multipliciter exponendo, tamen docti a Spiritu Sancto solum intelligent veritatem et nisi sit in dictione vel potestate hominis prohibere spiritum sanctum, quin spiritus ubi volunt, patet quod expresse contradicat spiritui sancto qui asserit esse inconveniens quod eloqua sacre scripture possint in veritate secus exponi quam exposuerint patres nostri, et de numero sunt illorum de quibus veritas ait: ve vobis legisperitis qui accepistis (*sic*) clavem scientie, quia nec in tratis, scilicet ad noticiam veritatis, nec permititis alios ingredi, nec est mirum si vinum novum veteres rumpunt utres et tandem fundatur, cum ipsa veritas hoc testetur, que simplicibus et ydiotis humilibus aperit sensum scripturarum et claudit tumidis et elatis doctoribus vel magistris. Que omnia vobis, serenissimo principum, proposui, ut clarius cognoscatis quam irrationabiliter et iniuste supradictum collegium impediverit execussionem legacionis mihi commissee, irrequisita et omnino postposita vestre excellencie magestate. Propter hec igitur omnia supradicta magestatem vestram cum presenti scripti testimonio ac protestacione require ex parte regis Aragonie, et ut nuncius eius, actu quod faciat emendari plenarie vituperium eidem illatum in iniusta mei detencione ac rerum mearum ablacione et reparari dispendi atque dampna data per supradictos eiusdem legacionis, protestans, ut nuncius, quod rex Aragonie supradicta vituperia ferret moles- tias quod si per guerram hostilem amitteret partem regni. Iterum protestando, ut supra, require ne vos atque vestrum consilium consensisse videa-

mini vituperii vel supradictis quod iam rei veritatem per sollempnes non tardetis arguere et condigne punire. Dico etiam ex parte regis Aragonie et protestor quod cum predicti dederim eidem regi occasionem non parvam commocionis adversus dominum nostrum, et gravia plus quam exprimi posset vel liceat fomenta pepercisse vel incendisse noscantur contra bonum tranquillitatis et pacis, nullis subditorum vestrorum nullo iure divino sed vel humano seu privilegio defensionis remedia poterunt opinere. Dico etiam et protestor, ut supra, quod si forte dycesanus, cui temerarii supradicti subsint inmediate, forti delirii atque carens sensu disrectionis vel statutis et hebes atque veritibilis ad impulsum cuiuslibet aure levis non vos excusaret defectus eius atque sterilitas mentis sue, cum liceat in universitate fidelium apud omnium gemma pontificum pape noster, qui sufragiis mendicantis alieni sensus non indiget, cum non solum eminencia dignitatis prebet uberem auctoritatem sed rationis.... et plenitudo scientiarum in ipso propriam mentem ornant, qui nobis indubitanter faciet justicie complemantum, maxime cum supradictae temeritatis fuerint attemptate in periculum boni communis et publici. Dico etiam quod est hic causus novus et nimis arduus et quod non est auditum a seculo quod in regno Francie, nedum in domo eius, nuncius regis fuerit per illos de regno et domo regni captus, detenus, incarcerated, spoliatus irrationabiliter et iniuste, paratus sive ad informacionem totius magistratus regni vel domus Francie facere copiam notificacionis, protestacionis ac acquisitionis presentis; et ne rex Aragonie possit inde inculpare de negligencia custodiendi honorem ipsius, cum sit princeps tante prudentie quod eligit mettere sapientem ad sapientem et stultos ad stultos et miseri inde ad vos, supplicando require quod deatis mihi tabellionem qui hec omnia supradicta in publicam formam redigat scripturam, qua possum ei facere fidem de diligencia mea vel saltem, quod faciat sigillo autentiquo, et insuper ex parte ipsius require quod personam meam et eorum qui mecum sunt et rex meas faciat a violencia custodiri, cum sim paratus iter statim arripere et finem imponere legacionis<sup>4</sup>.

V.—PROTESTA DE ARNALDO CONTRA LOS TEÓLOGOS DE PARÍS, ANTE LA SEDE APOSTÓLICA

«In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo, indictione XIII, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum vir providus et discretus magister. A. dictus de nova Villa, habitator montis pessullani, ad sedem apostolicam protestatus fuit, provocavit et appellavit et alia infrascripta fecit ac appellacioni ab eo facte, prout continetur in alio instrumento publico scripto manu mei notarii infrascripti, adhesit et eam renovavit de presenti et copia predictorum fieri voluit et mandavit per manus tabellionis quibuscumque sub hac forma verborum.

»Licet sim vermis et non homo et obprobrium hominum, tamen conscientia

<sup>4</sup> Bibl. Nac. de Paris, fondo latino 17,534, folis. 103 vto. y 104 vto.

cie et testimonium insitum habeo, nec possum excutere vel abicere murmur eius quo frequenter obiurgor, et ideo, testibus Deo et conscientia mea, notifico vobis reverendo collegio theologorum Parisiensis quod nuper, videlicet in die et hora qua me traxistis ad presenciam reverendi patris episcopi Parisiensis, timor et tremor venerunt super me et contexerunt me tenebre stupefactum terroris consideratis et comparatis preteris (*sic!*) ad ea que tunc presencialiter augebantur. Recolens nempe quod licet ego ad quamlibet vocacionem domini cancellarii venissent celeriter, latenter et reverenter, ut ipse vel in capella Sancti Dionysii de passu retulit inde presente, nichilominus vos, domini, nescio quo zelo ac quibus verbis, propter actus pure scolasticos adiuvisti officialem parisiensem, qui proditionaliter inde vocavit, dolose retinuit et in domo perniciosa mihi propter passibilitatem et calamitates corporis mei rusticalter et impie carcerauit, et iterum recolens quod cum in capella predicta in vestra gratia ad privatum colloquium receperitis, concesseram vobis quod articulos quos mihi fecistis legi scripseram non secundum intellectum quo sonabant extracti per vos ab opere meo sed secundum intellectum quo sonabant iacentis in serie scripture, et quia vos, domini, dicebatis esse temerarie scriptos, concessi vobis me ad reverenciam fore paratum ad temperandum iuxta vestrum iudicium vel retinuistis vel tempus ad deliberandum super modo congruo temporandi. Tandem vero die prefixa ad mihi notificandam formam temperamenti per vos escogitati et ordinati, apparuit mihi quod in ordinacione per vos dictata et scripta in quadam cedula mittebatur (*sic!*) expressa temperare et revocare, cum tamen sint actus specie differentes diversi obiecti correspondentes ut (temerarie) unus et erroneus alius, vidi etiam quod dictum episcopum supradictum ad promissi temperamenti publicationem adduceratus, cum tamen absque ipso paratus esset temerarie dicta modo rationabili temperare, considerabam quod, licet instanter peterem rationes in scriptis quibus impugnandi quolibet modo videbantur predicti articuli, ut meam conscientiam informarem et solidarem nec quicquam facerem, ea fluctuante vel murmurante, noluisse michi concedere, cum tamen vobis incumbat conscientias hominum solidare ac perseverare a lapsu vel ruina. Iterum, presentibus et coassistentibus mihi domino Almario, vicecomite Narbonensi, et domino C. de Nogaret, milite domini regis Francie, et domino Alphino de Narne, clero eiusdem regis, et magistro Gerardo de Nova villa, cantore de Tyarno, et magistro C. de Poilaco, canonic Vivariensi, et domino Symone de Marcy, milite domini regis, audiebam a reverendo patre domino archiepiscopo Narbonensis et a discreto viro archidiacono Algye, qui de vobis ad me vicissim intercurrebant et referentes hinc inde proposita et tractantes concordiam et differentes pro me quod immediate paratus eram iter arripere ad summum pontificem et iudicio eius stare, quod vos, domini, ordinaveritis me per episcopum supradictum retineri et incarcerated, si vostre voluissent condescendere voluntati, percipiebam insuper ab eisdem quod ille rigorum, qui vexillum garebat humilitatem, videlicet cordam angeli Dei et signaculi Dei salvatoris, scilicet beati Francisci; ad me submergendum ceteris acris seviebat, quod postmodum nichilominus experimento cogitavi cum etiam ipse signanti signanti (*sic!*) et quidam alli moventes capita irridendo dixissent oblivious et callumpnose: vos sedetis super speculam, vos estis propheta; oblivious quidem, quia recordari non

sunt quod spiritus ubi vult spirat et dominus non abicit parvulos sed sapientiam prestat eis; callumpnioso vero, quia in opusculo meo non continetur quod ego sedarem vel sedeam super speculum sed quod spectatores ecclesie Christi debent adversariis interrogantibus taliter respondere. Cum omnibus igitur supradictis cognoverim probabili conjectura quod parata michi erat retencio capcionis, coram vobis doctoribus et magistris collegii theologorum parisensium et cunctis presentibus, ego magister A. dictus de Villa nova, habitator montipessullani, cum presenti scripto protestor et protestando dico sive pronuncio quod quicquid nuper coram domino episcopo dixi legendum cedulam ordinacionis vestre quam dominus cancellarius posuit in manibus meis instant us legarem, omni dilacione postposita, non dixi nec prononciavi legendu vel alteri, nisi concussum timore perniciose dominus in quo timebam incarcерari propter predicta, et ideo, cum processus per vos factus et dominum episcopum supradictum sit ipso iure irritus et inanis ac nullus, cum carcerum fundamento nec ego (i)uraverim eundem servare, pro tanto ex nunc opus meum de adventu Antichristi committo examini et iudicio apostolice sedis et me ipsum protectioni eius, paratus cum auditorio Christi respondere ibidem rationibus quorūcumque volentium dictum opusculum impugnare, et quoscumque volentes invehi vel procedere palam vel publice contra ipsum, curiosumque gradus vel dignitatis aut status fuerint, provoco ex nunc ad presenciam et audienciam summi pontificis in quo fluenter scientiarum vigent et assigno eis terminum quartam ebdomadam post Pascha primo venturam. Preter hec autem humili supplicatione recquirro vos omnes magistros collegii supradicti quod in similibus negotiis, a modo modestia vestra sive maturitas nota sit omnibus hominibus, taliter ut id quod reequirit deliberationem unius anni et ut strepitu publice disputacionis cibretur et scrutinio studiose determinacionis limetur, nolitus unius mensis celeritate cum impetu suffocare, precipue ubi veritutis probabile scandalum proximum, dicentes inimicatione Christi parvulos allicere et fovere non prosequi, cum sit Deo et hominibus detestabilis, adversus hominem advenam nec origina nec habitatione nec scolarum frequentacione nec delicti perpetrazione parisensi non infamem et communem omnibus Dei servis atque nuncium solempnem pro negotiis arduis sereni principis ad serenissimum appetit vel motu rabido concitari, non requista et omnino postposita regalis excellencie magestate. Insuper autem require dominum cancellarium ex parte domini regis Francie, qui me, ut nuncium ad se missum, debet ad illum qui me misit remittere salvum et securum cum omnibus rebus meis, non spoliatum ac depredatum ab aliquo regni sui, quod restituatis mihi scripturam meam quam fidei vestre commisi et concessi liberaliter ad exemplar, ut facias mihi emendam plenam de violenta retencione quam contra voluntatem meam retinuisti a die qua per socium meum magistrum Ramundum de Pictavia petiti mihi restituisti. Similiter vero, ut nuncius, require vos totum collegium ut facias mihi plenam emendam pro eo quod me, non iniuriosum vobis nec blasphemum Dei nec inimicum fidei, absque ulla ratione traxisti ad presenciam domini episcopi et coegisti me legere cedulam per vos dictatam et ordinatam, et vos magistrum Gaufridum de Carnoto require ex parte Domini regis et apostolice sedis ut omnia supradicta et lecta et responsiones quas isti domini facient ad requestas premissas

in formam publicam redigatis, ut in iudicio clareat an sit magis temerarius qui dicitur temeraria scribere vel qui facit temeraritates, et innocens valent exclamare coram angelis Dei: *Confundantur superbi quia iniquitatem fecerunt in me. Ego autem exercebor in mandatis tuis. Convertantur mihi timentes me, domine, et qui noverunt testimonia tua.* Et qui nuper in tempore statuto a iure ad appellandum non potui habere presenciam domini episcopi, ideo ad cautelam de voluntate superioris ad se ap, in scriptis appellavi ab iniquo et in iusto iudicio processum domini episcopi et accessorum suorum in aula sua. Et illi appellacioni adhaereo et eam renovo de presenti et volo inde fieri copiam quibuscumque per manum tabellionis et etiam de protestatione presenti. Actum Parisius in domini episcopi Parisiensis predicti, III<sup>o</sup> ydus octobris, coram venerabilibus viris archidiacono Parisiensi, cancellario Parisiensis ecclesie et magistro P. de Allunnia, magistris theologie, audiendibus agenda aliis magistris in theologia facultate, dominis Randolpho de Roseto, penitenciario Parisiensi et officiali Parisiensi, canoniciis in ecclesia Parisiensi predicta pro parte dicti episcopi vocatis et presentibus et testibus infrascriptis, reverendo patre domino archiepiscopo Narbonensis, nobilissimo comite Atrebateni, nobili domino Almarico, vicecomite Narbonensi, venerabilibus viris magistris Nicholao de Cathan archidiacono in ecclesia Remensi, legum professori, magistro Thierico thesaurario comitis Atrebateni et pluribus aliis ad premissa vocatis et rogatis eidem anno, indictione, loco et die. Venerabilis vir cancellarius Parisiensis requisitus, ut supra dicitur, ut restitueret dicto magistro A. scripturam suam seu opusculum quod fidei sue commisserat et concederet liberaliter ad exemplar, ut dicebat, predictus cancellarius respondit quod ipsius tradiderat aliis magistris in causa predicta et quod de hoc loqueretur eidem. Actum presentibus qui supra proximo continentur. Et ego Gaufridus dictus Ligator Carnotensis, auctoritate sancte romane ecclesie publicus notarius, premissis interfui et ea scripsi et publicavi rogatus, meoque signo signavi prout decet competentes<sup>1</sup>.

#### VI.—CARTA ESCRITA POR ARNALDO, Á NOMBRE DE D. FADRIQUE DE SICILIA, PARA D. JÁIME II DE ARAGON, CON UN PLAN DE REFORMA DE SU CASA Y REINO.

«Seynor: vos sois tengut de fer algunes coses propiament en quant sots rey et algunes propiament en quant sots rey crestia, et altres comunes a la dignitat real et al crestianisme. Per la dignitat real propiament devets aver diligencia de dues coses. La una es promoure la utilitat publica et en tot lo regne et en cascú dels membres, axi com pores, axi que la utilitat privada vostra devets sotsmetre a la communia en dues maneres. La una que de comunia satis pus diligent que de la privada. Laltra que si la privada conexies

<sup>1</sup> Bibl. Nat. de Paris, fondo latino 17.534, fol. 105-106. La extremada barbárie de este raro documento debe atribuirse en parte a la mala copia que en París existe, única de que tengo noticia.

que fos en re contraria a la comuna, que del del tot la lexets per aquella. Altremen no obrariets com rey just mas com tyran. La segona cosa que devets fer propiament per la dignitat real es fer egualment justicia a rics et a pobres et privats e estrayis et metre diligence que en neguna part del regne no sie nagada ni offegada, et per questa diligencia devets per diversos temps del an visitar los locs del regne e estezutar et encercar si re si fa contra justicia publica et temporal, la qual pertaya a vostra dignitat et a enformament vostre: sobre questa materia vos trames Deus un tractat qui comence: Voleme Deus, e quar en la segona part daquell tractat vos enforme sobrato, devets ordenar per zel de justicia que almenys aquella segona part ligatis ous façats legir dues vegades lo mes.

»En quant sots rey crestia, devets metre diligence per amor et per zel de Christ de promoure la veritat del crestianisme, ço es la veritat evangelical segons nostre estament dins vostra casa et defora. Dins vostra casa la devets promoure principalment en los pilars o en la substancia daquelle, go es en vos, et la Regina, els infants, per tal que vostra casa sie a tots los defora myrral et forma de ver crestianisme, per manifestar en ella la veritat de Christ a compliment de la paraula Sua quant dix: Sicur luceat lux vestra coram hominibus ut videant vestra bona opera et glorificant Deum: quar offici propri de crestia es axi manifestar en si la veritat de Christ que tota la trinitat divinal que es cap et font del crestianisme ne sie loada et honrada publicament, quar ago es glorificar Deus in terra. La diligencia de manifestar aquesta veritat en vostra casa mostrarets primerament en vos, et enformarets la Regina que la mostre en si, et aytant com en vostra poder seran puynarets que sie manifestada en los infants.

»En vos meteyx farets tres coses. La primera que per vera penitencia satisfarets a Deu de les offenses que feytes li avets e atressi al proxme segons la veritat evangelical. La segona cosa que devets fer per manifestar e promoure en vos la veritat del crestianisme, es fer obres seynalades en les quals sien remembrats et representats et glorificats los principis et la fi del crestianisme, quar en aquestes dues coses es fermada la veritat del crestianisme. Los principis son tres. Lo primer es la fontana don mana, ço es la trinitat eterna o divinal, pare et fill et sent esperit. Laltre es axi com fundament, ço es la humanitat del fill de Deus eterno per la qual es apellat Christ. Lo terç principi es lo collegi dels Apostols qui son axi com mur de crestianisme. La fi del crestianisme es quel crestia torn apres aquesta vida, primerament en esperit, puxes en cors et en anima, a la trinitat eterna quil crea la forma per lo benefici daquelle trinitat que li dona pervenir a ell: quar Deus qui es plena trinitat de personnes en una deitat, quant per gracia del crestianisme volc assi revocar la creatura humana, dona li lo seu propri segell, per tal que gardan et miran la figura de la sua Magestat ans volenteros et alegre et segur a ell, et dona li fe et esperanca et caritat, axi que caritat tenguies per regina o per mare, les altres dues per donzelles de caritat o per sors del crestia. Aquests principis et questa fi deu representar en tota sa vida lo ver crestia, en tal maniera quels principis ne sien glorificats en terra el proces que fara lo crestia per lo cours daquesta vida consegues que la dita fi: ago no's pot representar per obra de figura, quar per piatar en les parets desgleya o de qualche casa la trinitat et les tres virtuts dites et Jhesu Christ et la Verge els apos-

